

V DALRICI  
ZASII IVRE  
CONSULTI IN  
TITVLVM  
FF.

DE VERBORVM  
OBLIGATIONIBVS  
LECTURA.



Lugduni excusa lebant Godefridus & Marcellus  
Bering i, fratres, M. D. XLVI.

collegium de clercis  
C. S.

V D A L R I C I  
Z A S I I I V R I S .  
C O N S U L T I I N  
T I T U L U M  
F F.

D E V E R B O R V M O B -  
L I G A T I O N I B V S  
L E C T V R A .

In Rubricam tit. De uerb.  
obligat. sum-  
maria.

- 1 Verborum obligatio hic nō propriè, sed metaphorice sumitur.
- 2 Conventionum sex genera sunt.
- 3 Conuentio est uomen generale ad omne contractum, siue distractum, quocunq; modo factum.
- 4 Pollicitatio est offerensis solius promissum.
- 5 Pollicitatio an obliget.
- 6 Quæ pollicitatio obliget.
- 7 Constitutum est nuda conuentio nō uestita robore ciuili, ex nudo pacto actionem producens.
- 8 Pactum est duorum consensus atq; conuentio.
- Quæ differentia sit inter pactum & pollicitationem.
- 10 Stipulatio uitiata in forma, ualeat ut pactum, nisi partes aliud cogerint.
- 11 Pacta nuda quando geminata sunt, an producant actionem.
- 12 An ex iuramento actio detur.
- 13 Dictum & promissum, quomodo interscillant.



I T V L V S hic no-  
ster habet ampli-  
& altâ materiam,  
subtile & profun-  
dā, quæ in multis  
transcedit uires ingenij humani,  
ut ait Paul.de Cast. in quodā lo-  
co. Iason, qui allegat Rap. Fulg.  
prefatur circa hūc tit. nō esse uita  
liorē in Iure ciuili, & facile præ-  
stare quem Legistam, qui hanc  
tit. intelligat. quod non est mi-  
rabile: quia quicquid agimus,  
cōtrahimus, aut quęcūq; soci-  
tas ciuilis, quodcūq; commer-  
ciūm, omnia ista per uerbū ex-  
plicātur. Diuus Jacobus dicit in  
sua Canonica, eū esse perfectū,  
qui uerbo nō labatur. Tanta res  
est nouisse quomodo obligem-  
ur uerbo uel non: quia Verba  
ligat homines, taurorū cornua  
funes. quapropter ister tit. est cū di-  
ligētia ediscēdus. Verborū autē  
obligatio, prēfertim nomine obli-  
gationis, hic translatis sumitur,  
nō propriè: quia proprie hoc di-  
citur obligari, qd' uincitur, liga-  
tur uel circūligatur: sicut apud

a a Suet.

Primo, quia nō est necesse quod præsens sit qui à debito uel à parte liberatur, ut ibidē. Secundo, quia si unus ex hæredibus eximitur ne soluat, cæteri hæredes totum soluent debitum, & non curabitur portio hæreditatia istius qui exemptus est, sed subducitur de medio ac si nunquam hæres fuisset. Lab omnib. in iij. respons. suprà de leg.j. Et ita est ornatus iste §. præterea. & per consequens sine huic titulo imponimus, de quo benedicamus salvatorem nostrū, qui nos adiuvuit. Hoc tamē pro corolla addit in l. sequen. quod si quis promittit se soluere pecuniā in nundinijs Frācofordien. is si soluat ultima die nundinarū, satisfacit, pro sententia Proculi hominis duri & asperi: & pro eo est l. qui hoc anno. suprà cod. licet Sabinus benignus homo & æquitatis amator, diuersum responderit, sed sententia Proculi obtinuit. l. cū qui certarū, infra eo. Hęc cōclusio uel doctr. fal. primo, si partes aliud egerint, quia stabitur cōvētioni. l. j. §. si

cōuenient. suprà depos. Secudo fall. si cōuentū est ꝑ pecunia sol natur usque ad nundinas Franco ford. quia tunc nūdū carū insipici mus principiū. per gl. not. Instit. de inutil. stip. §. pen. & facit tex. l. Eū qui an l. qui filium. §. Sabinus. ad fi. certarū. ubi Imperator de æquitate ita responderat. suprà ad Trebell. §. cum purè stip. dicit, quod §. Cōm quādo in alternativa electio est purè. debitoris, ut, Dabis hoc uel illud, tunc debitor potest mutare voluntatem quandiu uelit, & na ludificari creditorem. Non autem sic, si electio esset creditoris. & hoc uolunt uerba finalia huius §. Quādo autem cessat fa cultas uoluntatem mutādi, se pe suprà diximus, & gl. mag. fi. hic tractat. l. cū ex causa. l. Cū ex Etat stipulationem duplæ in eui causa. ctionibus, sed totum illud diximus in l. iij. §. fin. suprà cod. ubi est tex. similis. l. ult. in princ. l. Si ser iterum tangit alternatiuam ser uis & filij, an dominus eligat & pater, quod etiam suprà in quadam l. declarauimus. Alia respon sa huius l. fin. transimus.

LECTVRAE D.N. VDALRI  
CI ZASII IN TIT. DE  
VERB. OBLIG.

FINIS.